

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9276

Auteur(s) : Conan IV, Bretagne (duc)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1163, 2 février

Lieu d'émission : Rennes

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Conan [IV], duc de Bretagne, donne et confirme à l'abbaye de Savigny les granges de Champfleuri, de Moucon et de Faïel.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 1146, n° 2.

Éditions principales

a. LA BORDERIE, Arthur de, Recueil d'actes inédits des ducs et princes de Bretagne (XIe, XIIe, XIIIesiècles), Rennes, Impr. de C. Catel, 1888, n° L, p. 105-108.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XXVIX)

Texte d'après A

Notum sit universis [sanctæ Ecclesiæ fidelibus] quod ego Conanus dux Britanniā et comes Richemundie do et concedo [in perpetuam elemosinam, liberam penitus et quietam, ecclesiæ et] monachis Savigneii ad edificandam grangiam [victui ipsorum proprie destinata,] Campum Floridum et filgeria Belle Quercus totam scilicet terram planam et boscum, cujus sunt isti termini et divisiones : aqua Vouvra, et rivulus de Cleetis, et brollium Manderran, et brollium Colere, et inde juxta brollium usque ad quercum manu mea consignatam que est in bivio quod tendit ad noas Johannis, et inde aliā due quercus propter hoc ipsum crucibus insignitā, et brollium Rotundum usque ad supradictam aquam Vouvram, et ad ultimum ipsa Vouvra usque ad predictum rivulum de Clæætis. Totam ergo terram quæ infra dictas metas et divisiones continetur do et concedo monachis Savigneii, ita ab omnibus serviciis et consuetudinibus absolutam quod nichil in ea mei juris michi vel successoribus meis retineo aut alii preter ipsos monachos concedo, nisi elemosinarum et orationum et aliorum beneficiorum suorum participationem et æternam a Domino retributionem. Concedo etiam eis in foresta mea pasnagium et herbagium ad falcandum et ad pasturam peccorum et armentorum suorum, et ligna ad focum et ad edificia domorum suarum. Concedo etiam eis noam Gaudrieti. Insuper et omnes alias ipsorum res et possessiones, ex cujuscumque dono habent eas, in terra mea confirmo et concedo et in defensione mea suscipio : ex dono scilicet episcoporum Redonensium et

hominum suorum et aliorum quorundam, grangiam de Moscon cum omnibus pertinentiis suis ; ex dono Roberti de Vitreio, grangiam de Faiel cum omnibus pertinentiis suis. Has autem donationes et confirmationes meas eam, que supradicta est, libertatem in perpetuum optinere volo. Si quis ergo in posterum successorum meorum eandem elemosinam diminuere, violare, seu habitantes in ea vexare presumpserit, et divinam maledictionem et sempiternam eis imprecor dampnationem, et statim in presenti Sancte Ecclesie sustineat districcionem.] Actum Redonis, anno ab Incarnatione Domini M.C.LX.II, die Purificationis Beate Mariæ, in ecclesia Beati Petri, presente ipsius ecclesiæ capitulo. Testibus Eudone archidiacono, Radulfo Bigurt, Helia cantore, Guidenoco, Maldeto magistro scholarum, Teccelino, Marbodo, Gaufrido de Sancto Hermagiro, Gaufrido Gueguen, Hugone, canonicis, Petro et Radulfo, capellanis. Philippo de Campania, Olivero de Apineio, Alano constabulario.